

gen. sedere debet in loco digniori a capite circuli Canonicorum, dummodo Canonici paramenti s. non sint induti. N. 4174 ad 4 die 3. Julii 1745.

Cum nullus pro Vicario gener. Episcopi determinatus sit locus, sed ille diversum obtineat, juxta diversarum consuetudines ecclesiarum, scribendum Episcopo, ut de sua respondeat ecclesiae praxi. N. 4176 ad 5 die 4. Septembris 1745.

Vicario dabitur locus, quem habere solet pro consuetudine diversarum ecclesiarum. *Caer. Ep. l. I. c. XIII. n. 12.*

Locus Vicarii generalis debet esse secundum consuetudinem ecclesiae, quae non est mutanda. S. Congr. Rituum in Alexandrina 15. Martii 1668 in responso ad 3. dub. apud *Barbosam* in summa apostolicar. decision. Collectan. 714. n. 1.

Vicarius Generalis non potest sedem arbitrio suo sibi parare, sed debet sedere in sede solita pro Vicario assignata. S. Congr. Rituum in Neritonen. 4. Maii 1606 apud *Barbosam* loc. cit. n. 2., et *Ventrigliam* tom. 2. annot. 14. S. 2. n. 7.

Vicarius generalis, licet sedeat in primo stallo chori, in quo sedere debet prima Dignitas, et habeat thuris et pacis honorem ante omnes Dignitates et Canonicos, non propterea dicitur occupare stallum sive locum Dignitatum et Canonicorum. S. C. R. in Placentina 13. Maii 1607 in responsione ad dub. apud *Barbosam* loc. cit. num. 3

Vicario generali non licet occupare locum Episcopi absentis nec parare sibi sedem cum tapetis et pulvino, sed idem debet esse ejus locus, absente Episcopo, quem illo praesente habere consuevit. S. Congr. Rituum in Brundusina 16. Julii 1605 apud

Barbosam loc. cit. n. 5, et *Ventrigliam* loc. cit. n. 7.

Vicarius generalis, absente Episcopo, debet habere primum locum super omnes Dignitates et Canonicos, non obstantibus consuetudinibus aliisque in contrarium. S. Congr. Rituum in Adrien. 7. Augusti 1610 et in Ferrarien. 20. Decembris 1614 apud *Barbosam* loc. cit. n. 7.

Vicarius Generalis Canonicus, cum sedet uti Canonicus, debet sedere in loco suae receptionis et in habitu canonicali; si vero velit praecedere uti Vicarius, debet habitum canonicalement dimittere. S. Congr. Rituum in Compostellana 4. Febr. 1600 et in Vulturarien. 11. Aprilis 1601 apud *Barbosam* loco cit. n. 10.

Vicarius generalis, licet etiam ipso Episcopo praesente, in ecclesia, choro, processionibus, Synodo et aliis publicis et privatis actibus Canonicis et Dignitatibus praecedere debeat, tamen hoc intelligitur, quoties Canonici et Dignitates hujusmodi in habitu canonicali, etiamsi cappa et rochetto utantur, stare aut incedere consueverunt, non autem si pluviali, planetis aut aliis s. paramenti juxta cujusquam ordinis gradum sint induti, prout in distributione candelarum in die Purificationis et in receptione cinerum feria quarta cinerum et similibus diebus, quibus Episcopus solemniter celebrare ex ritu ecclesiastico teneatur: tunc enim non decet, ut Vicarius, praesertim si in suo quotidiano habitu existat, eisdem sacris vestibus paratis sive stando sive incedendo praecedat. S. R. C. in Lauretana et Nolana 23. Martii 1602 et 6. Septembris 1603 et in Tiburtina 6. Martii 1610 et in Metropolitana 7. Aug. 1628 apud *Barbosam* loc. cit. n. 16.

Vicarius generalis licet praecedat omnibus Dignitatibus et Canonicis, tamen ratione paramentorum in distri-

butione candelarum et Palmarum non debet habere locum digniorem quam Canonici parati; in adoratione vero crucis et quocumque Canonici non sunt parati, digniorem locum habet immediate post Celebrantem et similiter thurificandus est ante Canonicos, nisi sint parati, quia tunc post Canonicos est thurificandus. S. C. R. in Placentina 19. Maii 1067 in resp. ad 6. dub., et in Alexandrina 25. Martii 1608 in resp. ad 1. dub. Et quod in adoratione crucis praefendus sit Vicarius generalis ante Dignitates et Canonicos censuit eadem S. C. R. in causa s. Marci 4. Martii 1633 apud *Barbosam* loc. cit. n. 17.

SEMIDUPLEX.

1) Commemoratio.

Vd.: *Officium* (transf. in sequ. annum?).

Ad dub.: An in quibuscumque aliis (exceptis Dom. Paschae et Pentec. et feriis 2. et 3.) dupl. sive 2. sive 1. cl., comprehensis etiam festis Ascensionis et Corp. Chr., fieri possit commemor. de dupl. min. et semidupl. in utrisque vesp., Laud. et Missis (aeque ac fit de die octavae, si alicubi occurrat), si pro eorum transl. locus non supersit in toto anno? S. C. resp.: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, excepta missa sol. N. 4378 ad 3 die 15. Junii 1776; n. 4594 ad 8 die 12. Apr. 1823.

In missis dom. Palmar. et Vigiliae Pentec., in quibus excluditur commemor. festi simpl., licet facta fuerit in officio, facienda non est commemor. in missis de dupl. min. et semidupl., pro quorum transl. non superest locus in toto anno. N. 4378 ad 6 die 14. Junii 1776.

Commemoratio Sanctorum 9 l., qui in fine anni supersunt nec sunt trans-

ferendi in annum seq., ut alias decretum, aut sint ritus semid. aut dupl. etiam maj., diebus eorum propriis (etiamsi occurrant in festis 1. vel 2. cl.) facienda est ad instar diei octavae et dominicae tam in occurrentia quam in concurrentia habita ratione ad ritum, quo descripti sunt in propriis Calendariis; exceptis tantum ultimo triduo majoris hebdom., festis Paschae et Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, in quibus nulla Sanctorum commemoratio omnino tolerari debet. Quoad ordinem vero, si die eorum propriae aliae commemorationes occurrant, servetur, ut prius fiat commemoratio, de quo secluso impedimento, die illa celebraretur Officium aut Vesperae integrae aut capitulum aut dimidia. N. 4395 ad 1—3 die 18. Decembris 1779.

Ad dub.: Occurrente in solemnitate Ascensionis Dom. aliquo officio ritus dupl. vel semidupl., quod ad anni exitum reponi nequeat, an de hoc officio praeter commem. in utrisque vesp., Laud. et Missa apponi etiam debeat 9. l. historica ex duabus vel tribus una? S. C. resp.: *Affirmative juxta alias decreta.* N. 5084 ad 2 die 17. Febr. 1847.

2) Commemor. omittenda.

In casu, quo in dominica Paschae et Pentecostes et in fer. 2. et 3. Pasch. et Pent. occurrant officia semid. et dupl. minora, pro quorum translatione locus non supersit in toto anno, de ipsis fieri non debet commemoratio sed omittenda sunt. N. 4378 ad 1 et 2 die 15. Junii 1776.

Vd.: *Missae vot. privat.* (Commemorat.)

3) Translatio.

Vd.: *Translatio festi semidupl.*

SEMINARIUM.

1) De erectionis obligatione et regimine.

Vd.: *Constitut. Bened. XIII. de die 9. Maii 1725* in Bull. r. t. VIII. p. 479. *Epist. Bened. XIV. ad Episc. 3. Decbr. 1740.* (Bull. r. t. XVI. p. 3.) *Bened. XIV. de Synodo Dioecesana; Sacerdos* (habitus etc.) *De adhortatione pastorali ad Semin. vd. Const. Clem. PP. VIII. die 23. Junii 1592* in Bull. rom. t. III. p. 8. Ed. Luxenbg. 1742; *Const. Innoc. XI. die 7. Julii 1680.* (Ibid. t. VII. p. 36.)

2) Non concomitatur Episcopum ad Ecclesiam accedentem.

Ad dub. I.: Quando Episcopus cappa indutus accedit ad Ecclesiam aut ab ea recedit, tunc quum non sit processio sacra juxta Caeremoniale Episcoporum lib. 1. cap. XV. n. 9. 11., post ipsum sequuntur Canonici, sed quaeritur, quemnam locum habeant in hoc incesso ministri de libro et candela, an incedere debeant ante Episcopum, quem sequuntur Canonici, vel post Episcopum, sicut praescribitur a Caeremoniali Episcoporum lib. 2. cap. VIII. n. 26. de processione sacra post Tertiam facienda?

II. In praedicto incesso vel regressu quisnam sit locus Clericorum Seminarii et aliorum non Canonicorum: an tunc servanda sit regula tradita a Gavanto de ordine Synodi ses. 1. n. 1. ingressum Episcopi ad Synodum celebrandam describente, nempe: „Descendit Episcopus ad Cathedralis Ecclesiam cappa indutus ipso Clero praecedente, Canonicis autem Episcopum sequentibus?“

S. C. resp. ad I.: Ministros de libro et candela sicuti Seminarii Alumnos non teneri ad hanc processionem accedere. Ad II.: Provisum in praecedenti.

Die 12. Aug. 1854.

(Anal. J. P. 1857 p. 2197.)

3) Habitaclum.

Non licet Clericis Seminarii habitare diu noctuque et etiam dormire in do-

mibus aedificatis super capellis dexterae navis Ecclesiae Cathedralis, in quibus quotidie celebratur. N. 1325 die 11. Maii 1641.

Vd.: *Capella* (superposito etc. decr. n. 4770); *Transit. per Eccles. in aedes etc.*

4) Incensatio.

Vd.: *Incensatio Clericor. Seminarii.*

5) Officium.

Vd.: *Officium* (oblig. ad quod? decr. n. 5145)

6) Praecedentia.

Vd.: *Canonici Colleg.* (praeced. super alios decr. 3882); *Stola paroch.* (decr. n. 4615); *Processio* (crux cath. et Colleg. decr. n. 5016); *Processio* (Clerus etc.)

Seminarium non esse membrum Ecclesiae Cathedr. et propterea debere in publicis processionibus generalibus anteire et cedere locum digniorem curatis, Canonicis et Clero Ecclesiarum Paroch. et Collegiatarum juxta formam libri caerem. n. 360 die 1. Sept. 1607 et 1. Sept. 1620.

In processionibus aliisque similibus actibus praecedentiam competere Seminario supra Clericos in minoribus constitutos et adventitios in eadem Ecclesia non praebendatos. N. 580 die 21. Mart. 1620; n. 4523 die 7. Septbr. 1816.

Praecedentiam competere Clericis Seminarii in processionibus supra omnes alios Clericos in minoribus constitutos. N. 1038 die 1. Mart. 1636.

Seminarii Clerici non praecedunt Canonicis Collegiatae. S. R. C. 20. Dec. 1601. *In Fundana.*

Seminarium non est membrum Cathedralis, licet in ea Clerici Seminarii officient. S. R. C. 1. Septbr. 1607. *In Capuana;* 1. Septbr. 1620.

Clericos Seminarii incedere debere ante Curatos Ecclesiarum parochialium

juxta Caer. (lib. II. cap. XXXIII.) n. 1193 die 14. Jan. 1640; n. 3673 die 19. Jan. 1704; n. 3685 die 26. Apr. 1704; n. 4661 ad 1 die 17. Julii 1730.

Tricaricen.

Quum Rmmus Tricaricen. Episc. S. R. C. humillime exposuerit: se nuperrime in causa praecedentiae in processionibus inter Clericos saeculares ac Seminarii Alumnos suae dioecesis excitata juxta alias decreta edixisse, praecedentiam in processionibus aliisque similibus actibus competere Seminario supra Clericos adventitios, ac pro majori sui animi tranquillitate eandem S. C. rogarit confirmationem hujus sententiae, Emmus et Rmmus D. Card. Pedicini, vigore facultatum sibi specialiter a SSmo tributarum, rescribi mandavit: „Juxta alias decreta Episcopi decretum esse in suo robore et approbatione non indigere.“ N. 4925 die 22. Maii 1841.

Ad dub.: Utrum, non obstante sex annorum lapsu ante Seminarii suppressionem et duorum vel trium mensium post ejusdem instaurationem, quo Clerici Seminarii in processionibus crucem Capituli immediate sequebantur, Parochi civitatis Apuanae jus habeant exigendi, ut praefati Seminarii Clerici non amplius capitularem sed respectivam Parochorum crucem sequantur? S. C. resp.: Negative. N. 4615 ad 2 die 5. (8.) Mart. 1825.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Non eadem militat ratio quoad praetensionem Parochorum, qui arbitrantur, Clericos Seminarii nuperrime erecti anteire debere immediate post ipsorum crucem, non autem sub illa Cathedralis. Obstat clare Caeremonialis dispositio, obstant S. R. C. decreta; sed nec ulla afferri potest consuetudo, quae, etiamsi adesset, repu-

dianda foret ut irrationabilis. Caeremoniale I. II. c. 33. disponit, quod post Magistratum Clerus succedat sequenti ordine: *Primo Minister portans crucem Ecclesiae Cathedralis medius inter duos Clericos portantes duo Candelabra cum candelis accensis, deinde, si aderunt, Clerici Seminarii et post eos Curati Ecclesiarum parochialium cum cottis, tum Ecclesiae Collegiatae et ultimo loco Clerus Ecclesiae Cathedralis.* Utique Seminarium non esse membrum Ecclesiae Cathedralis et propterea debere in publicis processionibus generalibus anteire et cedere locum digniorem Curatis, Canonicis et Clero Ecclesiarum parochialium et collegiatarum juxta formam dicti libri caeremonialis; declaravit S. R. C. in Capuana die 1. Septembris 1607; additum tamen est Ecclesiae Cathedralis servitio et statis diebus interesse debet choro, processionibus aliisque functionibus saltem solemnioribus, ideo a Clero Ecclesiae, cui inservit, sejungendum non est; et eo tantum in casu digniorem locum cedit Parochis et Collegiatis, si omnis Clerus sub unica Cathedralis cruce incedat. Vide hac de re ejusdem S. C. decreta in Rodigien. Andren. dioecesis die 21. Mart. 1620., Pennen. die 1. Mart. 1636., Capuana 14. Jan. 1640., Placentina 13. Jan. 1661., Nucerna Paganorum die 19. Jan. 1704 et 26. Apr. ejusdem anni. Nec afferri potest consuetudo, quia agitur de Seminario erecto anno 1803, in quo admissi fuerunt Clerici mense Novembris anno 1805, qui proinde adventibus Litanis majoribus die festo s. Marci 1806 interesse caeperunt processioni sub cruce Capituli Cathedralis. Cum itaque contrariam Parochi habeant dispositionem juris, nec consuetudine (quia revera consuetudo neque habuit initium, nisi Clerici simplices respectivis Parochiis subjecti et

inservientes confundantur cum Seminarii alumnis) tueri se possint, consilium dimittant exigendi, quod Seminarium ipsorum crucem sequatur. A Clero quippe Cathedralis separandum non est. Quod si ipsi nolint supplicationibus interesse ante Clerum et Canonicos Cathedr. et post Clericos Seminarii simplicesque Presbyteros, servata forma Caeremonialis Episcoporum, velint antiquum morem sequi et seorsim a Cathedrali publicis, ut debent, supplicationibus interesse, sub propria Cruce elevanda ab illa Parochia, ad quam per turnum pertinent, cum id eis libet veluti declaravit S. Congr. ad 1. *dubium*.

Ad dub.: An censeri debeant professores Seminarii unum et idem corpus efformare cum Clericis Seminarii in publicis processionibus?

S. C. resp.: Negative, quia nullibi adest consuetudo.

Die 17. Julii 1830. In Januen.

Sorana.

Episcopus Soranus declarari supplicavit, quinam locus competat Clericis Seminarii in processionibus, in quibus unica crux Cathedralis adhibetur, quinam, quando unusquisque secularium capitulorum et regularium coetus sub propria cruce incedit? Et quid tandem servandum, si consuetudo loci se habeat, ut Clerici praedicti semper incedant ante primam vel unicum crucem? Et S. Congregatio respondit: servari solitum et nihil innovari.

Die 20. Novembris 1660.

(Anal. J. P. 1863 p. 368.)

Murana.

Bmno Padre: Il Canonico Teologo Filippo Martuscelli Vicario Generale della Citta, e Diocesi di Muro nel Regno di Napoli, rispettivamente espone, che nel passato Gennaio insorse una questione di precedenza ra il Seminario, ed i Chierici fuori

di esso nelle Processioni. L'Oratore all'appoggio del Decreto della sagra Congregazione de' Riti in *Andriensi: Clerici Seminarii praecedant aliis Clericis*; e del Ceremoniale de' Vescovi, che situa i Seminaristi immediatamente avanti i Curati; e della pratica di altre Cathedrali; e prendendo in considerazione che il corpo deve precedere a degl' individui particolari, ed in picciol numero a fronte del Seminario, nel passato Febraro decreto a favore del Seminario sopra gli altri Chierici non Sacerdoti, e che non hanno nella Cathedrali alcun Beneficio, anche sul riflesso che i detti pochi Chierici non hanno a favor loro una legittima consuetudine. Il supplicante pero a quiete e tranquillita propria implora l'oracolo della Santita Vostra. Che ec.

S. Congregatio Rituum ad Quirinale sub infrascripta die in ordinario coetu coadunata rescripsit: „Serventur omnino decreta in Rodigien. diocesis Andrien. diei 21. Martii 1520 et in Pennen. die 1. Martii 1636, praecedentiam nimirum competere Clericis seminarii“. Die 16. Aprilis 1831 n. 4667.

7) Visitatio.

Vd.: *Visit. Seminarii*.

SEPARATIO FESTORUM.

Vd.: *Festum (separ.)*; s. *Sebastianus* n. 1.

SEPTEM DOL. B. V. M.

1) Fer. VI. post dom. Pass.

a) Commemoratio.

Si festum 7 dol. B. V. M. in 1. et 2. vesp. cum festo Annunt. b. V. M. concurrat, non faciendum esse commemorationem de festo dolor. N. 2594 ad 4 die 3. Septembris 1672; n. 4119 ad 10 die 2. Septembris 1741.

Vd.: *Sept. dol. B. V. M.* (transl.; decr. n. 2888). *Commem. b. V. M.*

b) Missa.

Quid mutandum in hac missa?

Vd.: *Missale* (Correctio D. n. 25.)

Missam B. V. M. sub invocatione septem dol. B. M. V. celebrari debere cum *Glor. Patri* ad introitum, scilicet fer. VI. infra hebdomadam Passionis ab iis, qui gaudent hujusmodi indulto, ac propterea cum psalmo: *Judica me Deus* ad confessionem, sed sine *Gloria*. N. 2492 die 31. Aug. 1669.

In missa 7 dol. B. V. M. non esse recitandum hymnum *Gloria* neque in Officio *Te Deum*, sed ejus loco 9. R. N. 2594 ad 7 die 3. Sept. 1672.

Fer. VI. hebdom. Passionis, quo Officium 7 dol. B. V. M. recitari in Regno Neapolis et aliis Majestati subjectis regionibus concessum fuit, uti debere colore violaceo ita ut omittatur in Officio *Te Deum*, cujus loco dicitur 9. R. et in missa *Gloria*. N. 2565 ad 2 die 3. Sept. 1672; n. 2602 ad 2 die 3. Sept. 1672.

Recedendum esse a decreto sub die 3. Sept. 1672 super Officio et Missa 7 dol. B. V. M. et in posterum adhibendum esse colorem album et in Officio dicendum esse Te Deum et 9. l. de homilia feriae et in Missa Gloria et in fine missae Evangel. ejusdem feriae. N. 2622 die 4. Mart. 1673; n. 2656 ad 1 die 16. Sept. 1673; n. 2664 ad 1 die 2. Decbr. 1673.

Bened. PP. XIII. benigne indulsit, ut Officium 7 dolor. B. V. M. pluribus Regnis, Dominiis etc. jam concessum in posterum fer. VI. p. dom. Pass. ab omnibus Christifidel. saecul. et regul. utriusque sexus, qui ad horas canonicas tenentur, sub ritu dupl. maj. recitari et missa resp. celebrari possit et debeat. Die 22. Aug. 1727; 23. Aug. 1725. In decr. totius Status Eccles.

Pius PP. VI.

Cum, sicut dilecti filii superior et conv.

fratrum ordinis s. Francisci de Paula minimorum nuncupatorum regni Majoricae nobis nuper exponi fecerunt, ipsi ad satisfaciendum piae devotioni, quae apud populum dicti regni Majoricae summopere viget erga beatissimam virginem Mariam septem dolorum, facultatem celebrandi singulis sabbatis in ecclesiis praedictorum ordinis et regni missam propriam ejusdem B. M. V. septem dolorum cum cantu sibi per Nos concedi plurimum desiderent, Nos dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut in posterum in ecclesiis praedictorum ordinis et regni missa propria ejusdem B. M. V. septem Dolorum cum cantu exceptis tamen duplicibus primae et secundae classis celebrari possit et valeat, facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus.

Datum Romae die 3. Juni 1785.

(Bull. r. Continuat. t. VII. p. 401. Ed. Rom. 1843.)

c) Oratio.

Oratio, quae habetur in hujusmodi missa 7 dol. B. V. M., recitanda est etiam in ejus Officio, et altera, quae in dicto Officio habetur, deleatur. N. 2656 ad 4 die 16. Sept. 1673; n. 2664 ad 1 die 2. Decbr. 1673.

d) Ritus.

Fest. 7 dol. B. V. M. (fer. VI. p. Dom. Pass.) celebrandum esse sub ritu dupl. maj. N. 2694 ad 1 die 3. Sept. 1672.

Vd.: *Sept. dol. B. V. M. fer. VI. etc.* (Missa, decr. de die 22. Aug. 1727); *Fest. B. M. V.* (cujus ritus etc.)

Pius PP. VII.

Apostolici muneris, quod ineffabilis Dei bonitas humilitati atque infirmitati Nostrae committere dignata est, ratio